

Why translate Buddhist Scriptures into Latin?

Cur buddica latine?

Pourquoi des textes bouddhiques en Latin ?

scripsit Alexander Ricius

Parisiis

MMXV

Cur buddica latine?

Rogas, ac recte, Lector benevole, quo impellente aestu hujus seriei editores in medium buddica proferre non dubitaverint latine. Cum omnes religiosi nunc non tam vulgari sermone quam vulgari-ter scribere certent, cur nos soli linguam usurpemus tamdiu a ple-risque neglectam?

Primo scias linguam illam mortuam non esse, sed adhuc a multis curiose coli. Nuperrime plura europaeorum litterarum opera latina dignitate donata sunt; a meridie ad septentrionem usque sunt qui conantur humaniores litteras sustentare: et fennicam *Calevalam* et hispanicum *Domnum Quixotum* nunc latine legere juvat.

Magis etiam prodesse visum est antiquissimo aeternoque ser-moni latino buddicas scripturas committere quam loquelarum mul-titudini. Post saeculum nemo legere velit hodiernam vulgarem elo-quentiam; omnia denuo scribi debebunt ut istius aetatis novi ho-mines sensus intellegant. At sermo latinus non mutabitur; quae ho-die vertuntur, post annos mille legent docti, tam facile quam nunc apud nos leguntur Boethius, Johannes Scottus Eriugena, Eginhardus.

Major porro existit ratio: in lingua latina tantum vocabula in-veniuntur quae aptissime buddicas sententias reddant: sanscriticum *rûpa*, exempli gratia, "species" interpretatur, *upâya* "latebra", *dharmâ* "firmamen", quod verbum ab eadem indoeuropaea radice originem ducit ac sanscriticum. Latinorum verborum gratia profundiores si-gnificationes effodias quam in quovis hodierno sermone.

Insuper, lingua latina per saecula quindecim sermo fuit mona-chorum, mysticorum, philosophorum, alchymistarum; nulla alia in Europa illi aequiperari potest praeter graecam. Dignissima lingua est igitur quae doctrinas exprimat in Asia semper sacris linguis tra-ditas: sanscritica scilicet, palica, tibetica, sinica. Ita in latinum versae sententiae tam aptae fiunt ad spirituales exercitationes quam sans-critice siniceve scriptae. Penitus errat is qui vulgarem loquelam usurpare vellet ad altiora contemplanda.

Sic linguae latinae opera, buddica doctrina novum cursum in Europa initiat, qui cursus saecula spectat tum praeterita cum futura. Minor labor quem ad illam linguam discendam impenderis tibi centumplices fructus reddet.

Europaeis lectoribus tandem licet buddica legere intellegere exercere in lingua vere illa altissima doctrina digna.

Pourquoi des textes bouddhiques en latin?

Plus d'un lecteur se demandera, avec quelque raison, ce qui a pu nous pousser à proposer une traduction latine des Écritures bouddhiques en un âge où l'on se pique de présenter de la manière la plus accessible ce qui est le moins compréhensible.

Il faut d'abord savoir que le latin est loin d'être mort. Des traductions récentes montrent à quel point il est encore cultivé par les meilleurs esprits du nord au sud de l'Europe: les splendides versions du Kalevala finnois et du Quichotte espagnol en témoignent.

De plus, il est avantageux à bien des égards de s'en remettre à une langue antique, voire éternelle, qui conservera plus efficacement les Écritures bouddhiques, qu'à une foule de parlars divers qu'on ne lira plus qu'avec difficulté dans un siècle, au risque de devoir alors reprendre la tâche à zéro. Le latin ne changera pas; ce qui est traduit aujourd'hui en cette langue sera dans mille ans lu avec autant de facilité qu'un latiniste de notre temps lit Boèce (VIe siècle), Jean Scot Erigène ou Eginhard (IXe siècle).

Plus important encore: le latin dispose de mots qui rendent bien mieux les termes bouddhiques essentiels que toute langue européenne moderne; il suffira de donner les exemples de "species" (forme, figure, apparence) pour rendre le sanscrit *rûpa*, de "latebra" (ruse mystérieuse) pour *upâya* (expédients salvifiques) ou "firmamen" pour *dharmā*, qui remonte à la même étymologie indo-européenne. Ainsi le vocabulaire latin permet un approfondissement illimité des concepts bouddhiques.

Enfin, le latin fut pendant quinze siècles la langue des moines, des mystiques, des philosophes, des alchimistes; aucune autre langue ne peut lui être comparée en Europe, à part le grec. C'est la seule langue qui soit au niveau des langues traditionnelles de l'Extrême-Orient dans lesquelles fut transmis le bouddhisme: pâli, sanscrit, tibétain, chinois. Seule un texte latin pourra devenir un ob-

jet de méditation comparable au sanscrit ou au chinois. Ce serait une erreur absolue de penser qu'un texte moderne et caduc puisse permettre une contemplation adéquate du sens.

Grâce au latin, le bouddhisme se réinscrit dans une perspective européenne ouverte à la fois sur le passé et l'avenir. Les quelques mois consacrés à l'étude de cette langue apporteront des fruits sans commune mesure avec un travail somme toute modeste.

Voici qu'enfin les Européens peuvent lire, comprendre et méditer les doctrines bouddhiques dans une langue qui en soit vraiment digne.

Why translate Buddhist texts into Latin?

A number of people may feel rightfully entitled to ask what could possibly be the meaning of translating Buddhist Scriptures into Latin, especially in an age where the hoary majesty of King's James Version had to give way to the half-hearted colloquialisms of the New English Bible, and worse still.

But, as someone put it recently, "Reports of the death of Latin have been greatly exaggerated": a continuous stream of translations coming from all parts of Europe, including such masterpieces as the Finnish Kalevala in the north and the Don Quixote in the south, are witnesses to the untamed vigor of the language.

There is much to be said for translating into a tongue that seems to defy time itself rather than into a medley of vernaculars that will anyway not be understood after some decades, thus constraining to do it all over again every century or so. Latin will not change: what is today translated into it will still be read as easily at the end of the third millennium as works by Boethius (6th century), Johannes Scotus Erigena or Einhard (9th century) are read nowadays by contemporary Latinists.

What is more, Latin vocabulary has a whole array of terms more apt than any modern language to render key words of Buddhism. It will suffice here to give the examples of "species" (forme, shape, aspect, appearance) for Sanskrit *rupa*, "latebra" (hiding-place, pretext, stratagem) for *upaya* (skilful means) or "firmamen" for *dharma*, which goes back to the same Indo-European etymology. Thus the versatility of Latin words allows an inexhaustible deepening of Buddhist notions.

Last, Latin had been for more than fifteen centuries the language of monks, mystics, philosophers, alchemists; no other language can be compared to it in Europe, except for Greek. Latin is the only language on a level with the sacred or prestige tongues of Bud-

dhism: Pali, Sanskrit, Tibetan, Chinese. Only Latin will offer a range of meditation comparable to Sanskrit or Chinese. It would be terribly wrong to think that a modern and provisory adaptation can allow for a full contemplation of the deeper meanings.

Thanks to Latin, Buddhism can take its place in the stream of European thought, looking back to the past as well as forwards to the future. The few months that will have been spent learning Latin will bring rewards far beyond this modest investment.

From now on, Europeans will be able to read, understand, meditate Buddhist tenets in a language truly worthy of these.